


HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH THE INCOME
FROM THE BEQUEST OF
JAMES WALKER, D.D., LL.D.,
(Class of 1814,)
FORMER PRESIDENT OF HARVARD COLLEGE;
"PREFERENCE BEING GIVEN TO WORKS
IN THE INTELLECTUAL AND
MORAL SCIENCES."
RECEIVED 28 March, 1885







EVSEBII CANONVM EPITOME

EX DIONYSII TELMAHARENSIS CHRONICO PETITA

SOCIATA OPERA VERTERVNT NOTISQVE ILLVSTRARVNT

CAROLVS SIEGFRIED ET HENRICVS GELZER



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

ADOLFO SCHMIDT

VIRO OMNIS ANTIQVITATIS PERITISSIMO

IN STVDIIS CHRONOLOGICIS HOC IPSO TEMPORE STRENVE VERSANTI

DIEM AVSPICATISSIMVM

QVO ANTE HOS QVINQVAGINTA ANNOS

PHILOSOPHIAE DOCTORIS ET AA. LL. MAGISTRI HONORIBVS RITE ORNATVS EST

EX ANIMO GRATVLANTES

OPVSCVLVM HOCCE CHRONOLOGICVM

MERITO SACRVM ESSE VOLVERVNT

EDITORES.

Praefatio Editorum.

Dionysius Telmaharensis[1]), praeclarus inter Syros rerum scriptor, inde ab a. Gr. 1129 (p. Chr. 828) usque ad a. Gr. 1156 (p. Chr. n. 845) Orthodoxorum[2]) patriarcha Antiochenus fuit. Qui priusquam summum pontificatus munus suscepit, cum vitam monachicam professus in compluribus Syriae orientalis coenobiis aetatem degeret, annales conscripsit ab orbe condito usque ad suam aetatem (a. Gr. 1086, p. Chr. n. 775) perductos. Cuius chronici duplex circumfertur editio, altera explicatior, altera brevior. Et brevioris editionis pervetustum exemplar Assemanus in Scetensi Deiparae Syrorum monasterio nactus Romam attulit, ubi extat in bibliotheca Vaticana. Ex eodem libro textum transcripsit notisque illustravit O. F. Tullberg, Professor Upsaliensis Upsaliae a. 1850. Sed priorem tantum chronici partem exhibuit, qua res ab orbe condito usque ad Constantini Magni tempora gestae enarrantur. Ipse autem Dionysius fol. 122 (B. O. II pg. 100) de singulis operis sui partibus explicat haec: „Incipit haec supputatio seu chronicon ab exordio mundi et percurrit usque ad ortum Abrahae regnumque Nini qui Niniven condidit, regnavitque in ea annos LII: anno enim XLII Nini natus est Abraham patriarcha teste Eusebio, ex quo isthaec omnia descripsimus usque ad aetatem fidelis Constantini. Hinc vero usque ad Theodosium iuniorem Socratem Novatianum secuti sumus. A Theodosio autem ad Iustinianum imperatorem, h. e. ad a. 885., ducem habuimus S. Ioannem episcopum Asiae. Hinc vero usque ad praesentem annum, in quo sumus, usque ad annum Alexandri 1086., qui est Hegirae 158., neminem nacti sumus, qui antiquorum scriptorum exemplo res a maioribus gestas, calamitatesque tum patrum nostrorum memoria, tum nostra aetate ingruentes, hanc praesertim amaritudinis et tribulationis tempestatem, quam propter peccata nostra ab Assyriis et Barbaris patimur, accurate descripserit etc." Eusebium igitur prioris partis fontem esse disertis verbis Dionysius affirmat idemque rebus Constantini enarratis (pg. 198 ed. Tullb.): „Finitus est", inquit, „liber quem ab Eusebio desumpsimus cum aliis rebus, quas collegimus e multis ad peragendam viam qua ingressi sumus."

Neque illa quidem, quae XX prioribus editionis Tullbergianae paginis continentur, ad Eusebium ullo modo spectant; Syrorum enim sunt de spelunca thesauri similibusque rebus ridicula commenta. Sed quae deinceps sequuntur ab extrema pg. XX ad finem usque, Eusebiana omnia esse videbis nonnullis tamen aliunde admixtis. Atque quod pauculis ex paginis facillime intellegitur, id Aemilium Roediger, virum linguae Syriacae peritissimum, in Eusebii editione Schoeniana adornanda plane effugisse non possumus non mirari. Idque eo mirabilius est, quod chronicon quoddam Syriacum a. 636 p. Chr. n. conscriptum in altero Eusebii chronicorum volumine ad verbum ille convertit, quamquam nullius fere pretii est, quippe quod res tantum perpaucas annis non adscriptis enarret. Longe alia est Dionysiani chronici ratio, quod ad quem Abrahami annum „historia" quaeque pertineat, exactissime plerumque denotat. Ac vellemus eadem semper diligentia usus esset ille chronographus! Sed fit, ut unius facti anno definito alia proferat incertius addens: „eodemque tempore floruerunt" vel „per idem tempus accidit" vel similia. Fila regnorum ita exhibet, ut unius tantum regis annum ultimum ascribat. Atque primum reges Assyrios a Nino usque ad Balaeum recenset, dein Aegyptios ab Apophi usque ad Mosis aetatem, tum Persarum reges, Ptolemaeos, Romanorum imperatores. Summa autem industria in spatio historico

1) cfr. I. S. Assemani B. O. T. II. pg. 98 sq. et pg. 344 sq. et Barhebraei chron. eccles. ed. Abbeloos et Lamy I pg. 343 sq. 2) quibus Romani et Graeci Monophysitarum notam adiciunt.

describendo usus est, atque saepissime versionem Syriacam conspirare videmus cum optimis Hieronymi libris, raro cum Armenia versione. Interdum Dionysius solus sana exhibet. Exempla afferamus: Libro I Euseb. chron. pg. 71 ed. Schoene legimus: „diluvium ab Ebraeis enarratum, ab illis temporibus distans MCC ferme annis prius quam Ogigis tempora.“ Quam rem cum maior pars codicum Hieronymianorum habeat ad a. Abr. 260 (942 + 260 = 1202), Bongarsianus autem et Middlehillensis ad a. Abr. 263 (942 + 263 = 1205), Dionysius collocat a. Abr. 258 (942 + 258 = 1200).

Nonnumquam in definiendis annis facit cum interprete Armenio, cfr. notas ad a. Abr. 578, 1282, 1565, 1720, 1808, 1944 alias. Deinde quod ad a. Abr. 981 adscribit (Samos urbs condita est), neglectum ab Hieronymo, ad eundem annum referunt Armenii, itemque, quae in Tochatensi solo videntur ad a. Abr. 1260 de Selinunte et Zancle urbibus conditis scripta, eadem ad eundem annum narrantur a Dionysio. Sed multo saepius de anno consensio inter Hieronymum et Syrium interpretem existit Armenio errante, cfr. ann. ad a. Abr. 1416, 1569, 1583, 1755, 1871 etc. Ubi vero Syrus et ab Armenia versione et ab Hieronymo Schoeniano recedit, easdem saepius temporum notas praebet, quas Hieronymi codices praestantissimi. Habeas exempla.

		eidem anno factum adscribunt:
1363.	urbes Lampsacus et Abdera conditae sunt.	AMPRF.
	—	
1358.	Byzantium urbs condita est.	AMPF.
1360.	urbs Asturas in Ponto condita est.	APRM.
1370.	Borysthenes urbs in Ponto condita est.	APRM.
1520.	Pythagoras moritur.	APRF.
	—	
514.	Creta condita est et ibidem rex fuit Apteros qui ipse eam condidit.	FRM.
900.	Eli sacerdos mortuus est, eodemque anno Philistini filios Israel trucidaverunt et arcam Dei secum abstulerunt.	RPF.
1282.	Sanherib ascendit contra Ierusalem et Catana et Syracusae conditae sunt eodemque anno Lacedaemonii Messanam expugnaverunt.	APM.
1419.	urbs Massalia condita est.	MPF.
1708.	Cyprus a Ptolemaeo subacta est.	APR.
1708.	Theodorus ille atheus floruit.	PFM.
	—	
528.	Epaphus filius Ionis et Iovis Memphin condidit, cum esset rex utriusque Aegypti.	RM.
540.	Dardanus condidit Dardaniam.	AR.
592.	conditae sunt urbes Melos et Paphos et Thasos et Kalliste.	PM.
1310.	Parthenii condiderunt Tarentum et Corinthii condiderunt Corcyram.	RP.
1642.	Plato et Xenophon et Isocrates rhetor floruerunt.	PM.
1665.	Aegyptus ab Ocho rege subacta est.	F.

Quod si versio Syriaca ad a. Abr. 237 cum P et ad a. Abr. 502 cum R sola consentit, hoc casu evenisse quispiam dicat. Verumtamen saepius Middlehillensis et Dionysius eundem uterque annum praebent, cfr. ad a. Abr. 731, 1030, 1746, 1824, 1826. Denique Freherianus conspirat cum Dionysio in definiendis annis Abr. 611, 965, 968, 971, 1304, 1591. Qua ex re paullo maiorem eximii illius codicis auctoritatem esse colligas, quam vult vir harum rerum peritissimus Alfredus de Gutschmid.[1]) Atque haec quidem de Eusebio; nunc explicandum est, quibus praeterea Dionysius fontibus usus sit. Quorum prae ceteris commemorandi sunt hi:

I) Quae ad historiam sacram spectant, quae sunt permulta, ea, quoniam in Chronico Paschali inveniuntur, Dionysius et Chronici auctor ex uno fonte hausisse putandi sunt.

1) Fleckeiseni annal. XIII. 1867 pg. 680.

II) Nonnulla habet quae eadem vel a Syncello vel a Gregorio Abulpharagio afferuntur. Velut ad a. Abr. 176 enarrat, Antiochiam a Caso et Belo, Inachi filiis, conditam esse, quod et Syncellus pg. 237 et Epitome Syria pg. 223 memoriae produnt. Anno Abr. 1285[1]) teste Dionysio conditae sunt in Sicilia Leontini, Megara, Martonia urbes et Abulpharagius pg. 25 exhibet: „Hoc tempore Syracusae, Catana, Leontium, Maglara, Marathonia et Baronisus (= Cherronesus) in Sicilia conditae sunt". Perinthum urbem conditam ad a. 1416 Dionysius refert, quod cum neque apud Hieronymum neque apud Armenium extet, et Freherianus codicesque interpolati praebent ad a. 1415 et Syncellus pg. 453, 9. Quae omnia Panodoro deberi vel simiae eius Anniano, cuius scrinia prae ceteris Syrorum chronographi compilaverunt, luce clarius est. Eiusdem vestigiis apud Dionysium deprehensis, minus fit probabilis Alfredi de Gutschmid sententia, Annianum aeque ac Syncellum et Epitomen Syriam annos canonum omisisse opinati.[2])

III) Regum Edessenorum seriem exhibet ex chronico fortasse Edesseno, quam publici iuris fecit I. S. Assemanus in primo Bibliothecae Orientalis tomo.

IV) Permulta inseruit Dionysius ex ecclesiastica Eusebii historia.

V) Frequenter etiam usus est libro Syriaco, Spelunca Thesauri inscripto.

VI) Inseruit etiam Alexandri historiam, narrationes nonnullas apocryphas de magis, de VII dormientibus, Iosephi relationem de excisis Hierosolymis, id genus alia, quae maximam partem omisimus, ne libri ambitus nimis augeretur. Et quid ad Eusebium blateronum Syriorum nugae?

Editionem ita disposuimus, ut in parte sinistra verba Dionysii, a Carolo Siegfried latine versa, ponerentur, media columna Hieronymi versionisque Armeniae anni continerentur, in dextra parte Eusebiana ex Cyrillo, Chronico Paschali, Eclogario Crameriano, Syncello petita conferrentur.

---

1) A Syrio igitur infimae aetatis monacho memoriae proditum est cui anno Eratosthenes Leontinorum κτίσιν adscripserit. 2) Fleckeiseni ann. XIII, 1867, pg. 677.

Conspectus signorum.

*	stellulae indicant paginas Syriacas.
. . . . . .	puncta singula indicant in contextu Syriaco nonnulla deesse.
[ ]	uncis rectis inclusa sunt verba a Tullbergio suppleta.
( )	uncis rotundis inclusa sunt verba a Carolo Siegfried addita.
⟨ ⟩	uncis fractis inclusa sunt ea, quae Dionysius ex aliorum scriptis praeter canonem Eusebianum mutuatus est.
(G.)	Hac litterula in Siegfriedii commentario ea notantur, quae Gelzer addidit.

Sp. Th.	Spelunca Thesauri. Die Schatzhöhle übersetzt von C. Bezold. Leipzig 1883.
Cyr.	B. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini contra Iulianum L. I (T. VI, 2 ed. Aubert. Parisiis 1638).
H.	Hieronymus.
A.	Amandinus.
B.	Bongarsianus.
F.	Freherianus.
M.	Middlehillensis.
P.	Petavianus.
R.	Regius.
S.	Fragmenta Petaviana.

Dionysii Telmaharensis chronici liber primus.	anni Hieronymi	Eusebius
Textum e codice MS. Syriaco bibliothecae Vaticanae transscripsit notisque illustravit Otto Friedericus Tullberg. Upsaliae MDCCCL.		
p. 20, l. 12. Ab Adamo usque ad diluvium sunt MM annorum et [CCXLII anni] et a diluvio usque ad Abrahamum sunt DCCCCXLII anni.		
[Primus rex] totius Asiae excepta India fuit Ninus, Beli filius per LII annos.	H. a.	Cyr. p. 9 E. *πρῶτος Ἀσσυρίων ἐπιφανῶς βασιλεῦσαι λέγεται Νῖνος.*
p. 21. Et anno quadragesimo *tertio natus est Abraham. Et hic est primus annus Abrahami,	H. a.	Cyr. p. 10 A. *Νίνου τοίνυν τὴν Ἀσσυρίων διέποντος βασιλείαν, Εὐρώπου δὲ τὴν Σικυωνίων, γενέσθαι φασὶ τὸν μακάριον Ἀβραάμ.*
et VI Abr. anno Ninus aedificavit Ninum urbem in terra Assyria ad Tigridem (sitam) eamque nomine suo Ninum appellavit.	H. 1.	
VII Abr. anno bellum erat inter Ninum Nini urbis regem et Sudastarem[1]) magum, regem Bactrianorum[2]).	H. 7. F.	
Et X Abr. anno Ninus rex Nini urbis mortuus est et Semiramis uxor eius loco eius regina facta est per XLII annos.	H. 10.	
Multae de illa historiae narrantur. Expugnavit enim Asiam et ob inundationem aggeres exstruxit.	H. 11. AB. 12.	
Anno XXII Semiramis Babylona urbem aedificavit.	H. 11.	
Anno XLV erat principium Iubilaei XLI secundum numerum Hebraeorum. Iobel autem apud eos vocatur (spatium) L annorum, ita ut ab Adamo usque ad hunc annum secundum illorum supputationem II milia annorum praeterierint.	A. 49. PBRM. 50.	Sync. pg. 185, 3. *Ἀρχὴ τοῦ μα' Ἰωβηλαίου παρ' Ἑβραίοις. Ἰωβὴλ δὲ παρ' αὐτοῖς ἡ πεντηκονταετηρὶς, ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ με' ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ͵βν'.*
⟨Hoc est quod dixi illos in supputatione inter se discordare, cum alter		

1) Hieron.: Zoroastres. 2) Hieron. Bactrianorum. In textu syriaco Dionysii legitur ܕܗܪܘܝܐ Tullbergius: „quod nescio „inquit" an sit ܗܢܕܘܝܐ legendum".

Dionysius	anni Hieronymi	Eusebius
minorem alter maiorem (numerum) ponat.〉		
Anno Abr. LII Semiramis regina Nini urbis mortua est et Ninyas filius eius post illam per annos XXXVIII regnavit.	H. 52.	
Anno Abr. LXXV hic Dei revelatione dignus habitus est et promissione, quae ad eum fiebat. Et hic erat primus annus	H. 75.	Chr. Pasch. 94, 6. *πρῶτον ἔτος τῆς τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας.*
p. 22. repromissionis; 〈et ipso *(hoc anno) Abraham e domo patris sui ex (urbe) Haran profectus est et Euphraten (fluvium) transiit cum Sara uxore sua.〉	H. 75.	
〈Anno LXXVI erat fames magna et Abraham descendit in Aegyptum cum Sara uxore sua.〉		〈Chr. Pasch. 94, 13. *τούτῳ (πε') αὐτοῦ τῷ ἔτει Ἀβραὰμ λιμοῦ μεγίστου γενομένου ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Χαναναίων, κάτεισιν εἰς Αἴγυπτον.*〉
Anno LXXXVI Abrahamo ab Agare Ismael, pater Arabum (Tajensium), natus est.	R. 86. F. M. 87. H. 88.	Chr. Pasch 94, 18. *τούτῳ (πϛ') τῷ ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ ἔτεκεν αὐτῷ Ἀγὰρ ἡ παιδίσκη τὸν Ἰσμαὴλ, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Ἰσμαηλιτῶν γένος. Οἱ δ' αὐτοί εἰσιν Ἀγαρηνοὶ οἱ καὶ Σαρακηνοὶ καλούμενοι.*
Anno XLC Ninus[1]), rex Nini urbis mortuus est et loco eius Arjus[2]) rex factus est per XXX annos.	H. 90.	
Anno Abr. C natus est Isaac.	H. 100.	Chr. P. 98, 8. *τούτῳ τῷ ρ' ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ γίνεται αὐτῷ παῖς γνήσιος Ἰσαὰκ, ᾧ ἐπέζησεν ἔτη οε'.*
Anno Abrahami, prophetarum principis, CI verbum Dei in figura hominis apparuit et vocationem gentium annuntiavit[3]), signum[4]), quod nostro tempore verbum Messiae ad finem perduxit per praedicationem evangelii apud omnes gentes.	H. 101.	Chr. P. 98, 10. *πρώτῳ προφητῶν ὄντι τῷ Ἀβραὰμ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος φανεὶς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν θεσπίζει, ἣν καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγεν διὰ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη εὐαγγελικῆς διδασκαλίας.*
Anno Abr. CXX Arjus, rex Nini urbis, mortuus est et loco eius Aralius[5]) per XL annos regnavit.	H. 120.	
〈Anno Abr. CXL et Isaaci XL hic Rebeccam in matrimonium duxit.〉		〈Chr. P. 104, 2. *τούτῳ τῷ ἔτει (μ') τῆς αὐτοῦ ἡλικίας Ἰσαὰκ ἔλαβε γυναῖκα τὴν Ῥεβέκκαν, ὄντος Ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐτῶν ρμ'.*〉
Et anno CLX Isaaco a Rebecca filii gemini geniti sunt: prior Esau, id est	H. 160.	Chr. P. 104, 9. *τούτῳ τῷ ἔτει γίνονται τῷ Ἰσαὰκ δύο παῖδες δίδυμοι ἐκ τῆς*

1) In T. S. scriptum est ܢܝܢܘܣ, emendandum est ܢܝܢܣ Ninyas (cf. p. 21 lin. 14 et supra p. 1 ad H. 10). 2) ܐܪܝܘܣ. 3) ܘܥܠ ܡܪܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܟܪܙ. 4) ܐܬܐ. 5) ܐܪܠܝܘܣ.

	Dionysius	anni Hieronymi.	Eusebius
	Edom, a quo [Edom]itae nomen ceperunt, alter Iacob, ex quo Israelitae, qui sunt [I]udaei, oriundi sunt.		*Ῥεβέκκας, πρῶτος Ἠσαῦ ὁ καὶ Ἐδώμ, ἀφ' οὗ τὸ Ἰδουμαίων ἔθνος, δεύτερος Ἰακὼβ ὁ μετονομασθεὶς Ἰσραήλ, ἀφ' οὗ Ἰσραηλῖται οἱ καὶ Ἰουδαῖοι.*
	⟨Hoc tempore Melchisedec, rex Salem, floruit[1]), (qui) erat sacerdos dei summi.⟩		
	Anno C [(LX) mortuus est Aralius rex] Assyriae. Et loco eius regnavit Achshirash[2]) per XXX annos.	H. 160.	
	Hoc tempore autem Aegyptii imagines Ionis[3]) fecerunt, eamque adoraverunt nec non fluvium nomine illius Ionem[4]) appellaverunt.*	H. 161.	
p. 23.	Praeterea hoc tempore clarus fuit Castor scriptor de temporibus.[5])	H. 166.	
	Anno CLXXV, qui est annus C repromissionis, decessit [Abraham de] hoc [mundo], CLXXV annos natus.	H. 175.	
	⟨Anno CLXXVI Antiochia ad Orontem fluvium a [Caso] et Belo[6]), Inachi filiis, aedificata est, quae prima illius urbis aedificatio est.⟩		⟨Sync. 237, 12. *Κάσος καὶ Βῆλος Ἰνάχου παῖδες πρὸς τῷ Ὀρόντῃ ποταμῷ καὶ τὴν νῦν Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας πόλιν ἔκτισαν.* cfr. Epitom. Syr. pg. 205.⟩
	Anno CXC rex Assyriae mortuus est et regnavit loco eius Armamithros[7]) per XXXVIII annos.	H. 190.	
	Praeterea hoc tempore Aegyptii Apis simulacra posuerunt eaque venerati sunt atque deum quendam, quem Serapim appellaverunt.	H. 180. F. 181. R. 182.	
	Anno CCXXVIII rex Assyriae mortuus est et loco eius Balachus[8]) per XXXV annos regnavit.	H. 228.	
	Hoc vero tempore floruit Phoroneus[9]) filius Inachi et Niobes. Is primus leges et aedificia iudicialia[10]) condidit, de quibus temporibus eadem narrat quasi de antiquissimis celeberrimus Plato in libro, cui Timaeus inscribitur, et cum sibi proponeret, ut progrederetur ad pertractanda ea, quae ab antiquis hominibus in quaque civitate veterum acta sint, conatus est disserere de Foroneo,*	H. 211.	Sync. 236, 15. *Φορωνεὺς παῖς Ἰνάχου καὶ Νιόβης πρῶτος λέγεται νόμους καὶ κριτήρια παρ' Ἕλλησι θέσθαι.*
p. 24.	qui primus (ita) appellatus est et de		

1) ܡܠܟܝܙܕܩ. 2) ܐܟܫܝܪܫ. 3) ܐܝܘ. 4) sc. Nilum, quum Io sit Isis. 5) chronographus. 6) ܟܣܘܣ. 7) ܐܪܡܡܝܬܪܘܣ. 8) ܒܠܟܘܣ. 9) ܦܪܘܢܝܘܣ. *Φορωνεύς.* 10) ܒܝܬ ܕܝܢܐ.

Dionysius	anni Hieronymi	Eusebius
Nioba et de omnibus illis, qui post cataclysmum (vixerunt).		
Anno CCXXXI bellum moverunt Thelcines[1]) et Caroiates[2]) contra Foroneum et Parusios.[3])	H. 230. M. 229. F. 233.	Sync. 238, 12. *Τελχῖνες καὶ Καρσιάται πρὸς Φορωνέα καὶ Παρρασίους ἐπολέμησαν.*
Anno CCXXXVI aedificata est Atnes[4]) urbs et Eleusina[5]) ab Ogyge.	H. 236. A. 234. F. 222. PM. 237. R. 239.	⟨Sync. 238, 8. *Ὤγυγος πρῶτος βασιλεὺς Ἀκτῆς τῆς νῦν Ἀττικῆς.*⟩
Anno CCXXXVII Iacob descendit in Mesopotamiam et apud Labanum XIV annos servivit.	R. 236. P. 237. H. 238. F. M. 240.	
Anno CCXLVI natus est Ruben primogenitus Iacobi filius.	AP. 245. H. 246. F. 247.	
Anno CCXLVII Iacobus Simeonem et Levi[6]) ..... procreavit.	H. 247. H. 248.	
Anno CCXLVIII Iacob Iudam procreavit et ab hoc Iudaei nomen ceperunt.	H. 249.	Chr. P. 109, 8. *Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Ἰούδαν ἐξ οὗ Ἰουδαῖοι.*
Anno CCLII Iacob Iosephum procreavit et erat in primo Iosephi anno Iacob XCII annos natus.	H. 252. R. 251.	cfr. Chr. P. 109, 16. *ϙβʹ (ἔτει) τῆς αὐτοῦ ἡλικίας Ἰακὼβγ εννᾷ τὸν Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Ῥαχήλ.*
⟨Et repromissionis CLXXVIII anni (praeterierant).⟩		
Anno CCLVI Messana[7]) aedificata est.	H. 260.	
Anno CCLVIII erat cataclysmus, qui erat in diebus Ogygis.	H. 260. BM. 263.	
Anno CCLXII mortuus est rex Assyriae et loco eius Balaeus[8]) per LII annos regnavit.	H. 263.	
Anno CCLXVIII Ioseph a fratribus suis venditus est et in Aegyptum descendit.	H. 268.	
p. 25. Anno CCLXXVI aedificata est *Memphis in Aegypto ab Api[9]) rege Argivorum[10]).	P. 279. R. 280. M. 281. H. 282.	⟨Sync. 282, 5. *τότε Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους.*⟩
⟨Anno CCLXXIX in Aegypto Apophis[11]) rex factus est. Hic vidit somnia illa, quorum Iosephus interpres fuit, et hic Iosephum regem iuxta se constituit.⟩		
⟨Anno CCLXXXII Apophis somnia vidit, qui erat Pharao.⟩		⟨Chr. P. 111, 19. *ρκβʹ ἔτει τοῦ Ἰακὼβ* (160 + 122 = 282) *γενόμενος Ἰωσὴφ ἐτῶν λά παρέστη τῷ Φαραὼ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἔκρινεν αὐτῷ τοὺς*
Et eodem anno Ioseph princeps Aegypti factus est.	H. 282.	

---

1) ܛܠܟܝܣ. 2) ܩܪܘܐܛܣ. 3) ܦܪܘܣܝܘܣ. 4) ܐܛܢܣ. 5) ܐܠܘܣܝܢܐ. 6) Hoc loco sequuntur: ܒ . . . ܒܪܘܡܐ, quae litterae ex parte mutilae explicari non possunt. 7) ܡܣܢܐ. 8) ܒܠܐܘܣ. 9) ܐܦܝܣ ܡܢ. 10) ܐܪܓܐ. 11) ܐܦܘܦܝܣ Apophis regnat a. XIV Euseb. Schoene I, 143, 19. Itaque scribendum erat: Anno CCLXXIX in Aegypto mortuus est rex Archles et Apophis rex factus est. (G.)

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
			ὀνείρους αὐτοῦ.〉 καὶ ἐκ τούτου τοῦ χρόνου γέγονεν αὐτὸς Ἰωσὴφ ἡγεμὼν τῆς Αἰγύπτου.
〈Et hic est primus annus ubertatis〉.			Chr. P. 112,5. *α′ ἔτος ἡγεμονίας Ἰωσὴφ 〈καὶ α′ τῆς εὐθηνίας〉.*
Anno CCLXXXVI Isaac decessit de hoc mundo, CLXXXV annos natus.	H. 281.		
〈Anno CCLXXXIX magna fames ista, qua Ioseph clarus factus est, coepit esse in terra.〉			〈Chr. P. 112, 10. *τούτῳ τῷ μϛ′ ἔτει* (160 + 83 + 46) *τοῦ Λευὶ πρῶτον ἔτος τοῦ λιμοῦ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ.*〉
Anno CCXC Iacob in Aegyptum intravit 〈anno CCXVI repromissionis.〉	H. 290. B. 288. A. M. 289.		
〈Anno CCXCIII mortuus est Apophis rex Aegypti, qui erat Iosephi rex〉 et loco eius Amosis[1]) per XXV annos regnavit.	H. 293.		
Anno CCXCIX Sparta condita est a Sparto filio Foronei.	H. 300.		Sync. 282, 7. *Σπάρτα ἐκτίσθη ὑπὸ Σπάρτου παιδὸς Φορωνέως.*
Anno CCCV Iacob decessit de hoc mundo, CXLVII annos natus, postquam vaticinatus est de Messia et de vocatione gentium auxilio eius (peragenda).	B. 305. A. 306. H. 307.		Ch. P. 113, 6. *τούτῳ τῷ ἔτει* (*ιζ′ τοῦ Καὰθ*: 160 + 83 + 47 + 17 = 307) *ρμζ′ ἔτος ἄγων Ἰακὼβ προφητεύει περὶ τοῦ κυρίου καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως διὰ Χριστοῦ.*
Anno CCCXVII rex Aegypti mortuus est et Chebron[2]) regnavit 〈cum Iosepho〉 per XIII annos.	H. 318.		
Et anno CCCXXXI mortuus est Chebron et regnavit Amenophis XXI (annos).	H. 331.		
p. 26. Hoc *tempore floruit Prometheus. Hic est, qui narratur in historia homines finxisse; cum enim sapiens esset, illos varietate disciplinae ab inscitia liberavit[3]), itaque illum homines finxisse tradiderunt.	H. 332.		〈cfr. Cramer Anecd. Par. II pg. 188, 3. *ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἱστοροῦνται Προμηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς καὶ Ἄτλας αὐτάδελφοι. καὶ Προμηθεὺς μὲν πλάττειν ἀνθρώπους ἐμυθεύετο. σοφὸς γὰρ ὢν ἀπὸ τῆς ἄγαν ἰδιωτείας μετέπλαττεν αὐτοὺς εἰς φιλοσοφίαν.*〉
Anno CCCLII rex Aegypti mortuus est et alius 〈cum Ioseph〉 (nomine) Maphres[4]) XII annos regnavit.	H. 352.	353.	
Anno CCCLXI Abr. Ioseph decessit de hoc mundo, CX annos natus, 〈e quibus per annos LXXX rex fuit. Idem annus est CCLXXXVI repromissionis,〉 et ab hoc inceperunt anni servitutis filiorum Israel.	H. 361. B. 359. PR. 360.	361.	Chr. P. 114, 10. 〈*πα′ ἔτος ἄγων τῆς ἡγεμονίας*〉 *Ἰωσὴφ καὶ ρια′ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας τελευτᾷ τὸν βίον. Μετὰ θάνατον Ἰωσὴφ δουλεύουσιν Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἕτερα ἔτη ρμδ′.*

1) ܐܡܘܣܝܣ. 2) ܟܒܪܘܢ. 3) ܠܒܪ̈ܢܫܐ ܡܦܨܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܗܕܝܘܛܘܬܐ. 4) ܡܐܦܪܝܣ.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Anno CCCLXIV mortuus est Maphres, ⟨amicus Iosephi⟩ et loco eius rex Aegypti factus est Mispharmutoses[1]) ⟨inimicus Iudaeorum per XXVI annos⟩.	H. 364.	365.	
Anno CCCXC ille mortuus est et rex factus est Thutmoses per IX annos.	H. 390.	391.	
Anno CCCXCVI floruit Syrus rex Syrorum, cuius nomine Syria appellata est.	H. 400. B. 398.	400.	⟨cfr. Africani verba ap. Sync. 283, 12, unde sua desumpsit Eusebius: *τούτοις τοῖς χρόνοις Σύρος ἱστορεῖται γεγονέναι γηγενής, οὗ ἐπώνυμος ἡ Συρία.*⟩
Anno CCCC rex Aegypti mortuus est et eius loco regnavit Amenophis per XXXI annos.	H. 399.	400.	
Hoc tempore vero Aethiopes[2]) ab Indo flumine demigraverunt et iuxta Aegyptum consederunt.	H. 404. RM. 403.	405.	Sync. 286, 13. *Αἰθίοπες ἀπὸ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἀναστάντες πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ ᾤκησαν.*
⟨Eodemque tempore cum in Aegypto multi reges essent, in regione Heliopolis p. 27. Palmanteus[3]) rex factus est et erat* iste inimicus Iudaeorum. Erat ei autem filia, cui nomen erat Merris et dedit eam Chenferae[4]), regi Memphidis (in matrimonium). Haec vero erat princeps, quae Mosen inter filios suos recepit.			⟨Chr. P. 116, 1. *καὶ πολλῶν βασιλέων ἡγουμένων Παλμανωθὴς ἐβασίλευσεν τῶν περὶ Ἡλιούπολιν τόπων. οὗτος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων βασιλέων φαύλως τοῖς Ἑβραίοις προσεφέρετο. καὶ γεγόνει τούτῳ τῷ Παλμανωθῇ θυγάτηρ ὀνόματι Μερρί, ἣν ἐξέδοτο Χενεβρῶν βασιλεύοντι τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων. αὕτη δὲ ἡ Μερρὶ στεῖρα οὖσα τὸν Μωϋσῆν ῥιφέντα εἰς τὸν ποταμὸν ἀνελομένη ἀνεθρέψατο εἰς υἱόν.*
Postquam Moses adolevit, Hermopolin[5]) condidit et bella cum Aethiopibus gessit per decem annos.			Chr. P. 116, 19. *τούτῳ αὐτοῦ τῷ ἔτει (λα') Μωϋσῆς κτίζει τὴν Ἑρμούπολιν, καὶ Αἰθίοψιν ἐπολέμησεν ἐπὶ ἔτη ι'.*
Ac post mortem Merris quae Mosen adoptaverat, Chenfera coniux eius Mosi insidias paravit, eumque interficere studuit. Merris autem sepulta est in Aegypto et nomine eius urbs Meroë appellata est.			Chr. P. 117, 1. *Τοῦ δὲ Χενεφρῶν βασιλέως τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων διὰ φθόνον ἐπιβουλεύοντος τῷ Μωϋσεῖ, καὶ τῆς Μερρίνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς ἀνελομένης τὸν Μωϋσῆν ἐκ τοῦ ποταμοῦ εἰς υἱὸν ἑαυτῆς τελευτησάσης καὶ ταφείσης εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἴγυπτον τόπους, ἔκτισε πόλιν [Ἑρμούπολιν[1])] Μωϋσῆς, ἥντινα Μερρὶν κληθῆναιπαρεσκεύασεν.*
Moses vero Chenferae dolum animo praesagiens Chananatum[6]) se interficere conantem interfecit. Tum in Arabiam ad Reguelem confugit eiusque filiam in			Chr. P. 117, 7. *Εἶτα γνοὺς Μωϋσῆς τὴν τοῦ Χενεφρῶν ἐπιβουλὴν φονεύει Χανεθώθην τὸν μέλλοντα ἀναιρεῖν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ οὕτω φεύγει εἰς Ἀραβίαν*

1) ܡܣܦܪܡܘܬܘܣܝܣ. 2) ܟܘܫܝܐ. 3) ܦܠܡܢܛܝܘܣ. 4) ܟܢܦܪܐ. 5) ܗܪܡܘܦܘܠܝܣ. 6) ܟܢܢܬܘܣ.

1) Ineptum librarii additamentum.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
matrimonium duxit ⟨uti Artamnus[1]) narrat⟩.			πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν τῶν τόπων ἄρχοντα καὶ ἔλαβε Σεπφώραν τὴν θυγατέρα Ῥαγουὴλ πρὸς γάμον. ταῦτα ἱστορεῖ Ἀρτάβανος.⟩
p. 28. Amram Mosen LXX annos natus anno CCCCXXIV procreavit. Hic est annus gravis servitii[2]) filiorum Israelis.*	H. 425. FM. 426. AP. 428. B. 429.	425.	Cyr. p. 10 C. ἔτους μὲν γὰρ διαγεγονότος υκε' μετὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ τίκτεται μὲν ἐν Αἰγύπτῳ Μωσῆς.
Anno CCCCXXV Epidauros[3]) urbs condita est.	F. 428. H. 429.		Cramer Anecd. Paris. II 188, 9. οἷς χρόνοις καὶ Ἐπίδαυρος πόλις κτίζεται εἰς τὸ Ἄργος.
Anno CCCCXXX rex Aegypti mortuus est et loco eius regnavit Horos per XXXVIII annos.	H. 430.	431.	
Anno CCCCL condidit Chsantus[4]) Triopa[5]) Lesbum[6]) urbem.	H. 451. F. 447.		
Hoc tempore floruit primus Heracles et Cecrops.	H. 443. F. 444. B. 445. (Her.) H. 460. (Cec.)	461.	Cyr. p. 10 D. λε' ἔτει Μωσέως (= 460 a. Abr.) πρῶτος βεβασίλευκεν Ἀθήνῃσι Κέκροψ ὁ ἐπίκλην διφυής.
Anno CCCCLXVI Moses Aegyptum reliquit et ad Reguelem se contulit.	R. 465. M. 467. H. 468. F. 469. B. 470.	468.	Chr. P. 118, 1. Μωϋσῆς τὰς ἐν Αἰγύπτῳ καταλιπὼν διατριβὰς κατὰ τὴν ἔρημον ἐφιλοσόφει.
Anno CCCCLXVIII rex Aegypti mortuus est et regnavit Achencheres[7]) ⟨filia Hori⟩ per duodecim annos.	H. 468.	468.	
Anno CCCCLXXV Chaldaei ascenderunt et Phoenicibus bellum intulerunt.	H. 478. R. 479.	481.	Sync. 290, 5. Χαλδαῖοι κατὰ Φοινίκων ἐστράτευσαν.
Anno CCCCLXXX regina Ae[gypti] mortua est [et regnavit] ⟨frater eius⟩ Athurius[8]) per novem annos.	H. 480.	480.	
Anno quadringentesimo .... et ... et ... urbs Athnus[9]) condita est a Duaro.[10])	AF. 488. M. 489. H. 490. R. 492.	481.	Sync. 290, 8. Κέκροψ Ἀθήνας τὰς καὶ Διάδας ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν.
Anno CCCCLXXXIII erat inundatio in Thessalia[11]) quae erat in diebus Phaetontis.	A. 490. FR. 491. PM. 492.	477.	Sync. 297, 7. ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ ὁ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμὸς ἐν Αἰθιοπίᾳ. Cyr. p. 10 E ξζ' ἔτει Μωσέως (= 492) τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν ἐν Θεσσαλίᾳ γενέσθαι φασὶν καὶ μὴν ἐν Αἰθιοπίᾳ τὸν, ὡς αὐτοί φασι, Ἡλίου παῖδα καταφλεχθῆναι Φαέθοντα. Cramer Anecd. P. II. 10. γίνεται ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ ὁ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμὸς ἐν Αἰθιοπίᾳ.

1) ܐܪܛܡܢܘܣ. Artapanus. 2) ܦܘܠܚܢܐ ܩܫܝܐ cf. Ex. 6, 9 עֲבֹדָה קָשָׁה. 3) ܐܦܝܕܘܪܘܣ. 4) ܟܣܢܛܘܣ apud H. Xanthus. 5) ܛܪܝܘܦܐ. 6) ܠܣܒܘܣ. 7) ܐܟܢܟܪܝܣ. 8) ܐܬܘܪܝܘܣ Arm. Athoris. 9) ܐܬܢܘܣ Athenae. 10) ܕܘܐܪܘܣ. 11) ܬܣܠܝܐ.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Anno CCCCLXXXVIII in Aethiopia[1]) magnae clades erant, uti Plato scribit.	AM. 494. PF. 495. R. 496.	477.	Sync. 297, 8. *πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι γεγόνασιν Ἕλλησι τοπικαὶ φθοραί, ὡς Πλάτων ἐν Τιμαίῳ.* Cramer l. c. II 189, 11. *καὶ πολλαὶ φθοραὶ γεγόνασι τοπικαί, ὥς φησι Πλάτων.*
Anno CCCCXC rex Aegypti mortuus p. 29. est et regnavit Chencheres[2]) per XVI annos. ⟨Hic erat aequalis[3]) *Mosis, Iannis et Iambris magorum. Ad hunc spectant quae Moses enarrat: Pharaonem et exercitum eius in sinum Arabicum demersos esse.⟩	H. 489.	489.	
Anno CCCCXCVI urbs Kurnetos[4]) condita est.	R. 502. H. 503. M. 505.		Sync. 288, 15. *Κόρινθος η πάλαι Ἐφύρα καλουμένη ἐκτίσθη.*
Anno DI Deus Mosi ad montem Sinai apparuit ⟨et ille in Aegyptum missus est; et bellavit cum Pharaone quinque annos, quoque anno duo miracula faciens⟩.	H. 503.	505.	Chr. P. 118, 13. *Μωϋσῆς θεοφανείας ἐπὶ τοῦ Σιναίου ὄρους ἠξιοῦτο.*
Anno DII templum in Delo insula[5]) Apollini dicatum[6]) conditum est ab Erisychthone.[7])	FM. 505. AP. R. 506. B. 507.	500.	
Anno DVI populus ex Aegypto profectus est; Mose vero LXXX annos natus erat, cum dux constitueretur in exitu filiorum Israel ex Aegypto, et erat cum illis in deserto, cum illis leges daret per XL annos.	H. 505.	505.	
Hoc tempore autem floruit Heracles qui Dionysus[8]) vocatur eiusque ope vitis cultura inventa est.	M. 507. RAP. 508. (Hercules) H. 510 (Dionysus)	508. 508.	Sync. 290, 19. *Ἡρακλέα τινές φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διcανδὰν ἐπιλεγόμενον, ὡς καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ Καππαδόκων καὶ Ἰλίων (Ἠλείων).* Sync. 290, 12. *Ἀμπελουργία ὑπὸ Διονύσου ἐγνωρίσθη, οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης.*
Anno DX tribunal Areopagi exstructum est.	H. 509. R. 506.		Sync. 290, 13. *Ἄρειος πάγος ἐκλήθη καὶ δικαστήριον κατέστη.*
Anno DXI Aaron munus sacerdotale suscepit: hic est primus sacerdos.	H. 510.	511.	Chr. P. 141, 15. *ς′ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ . . . Ἀαρὼν ὁ ἀδελφὸς Μωϋσέως ⟨πθ′ ἔτος κατάγων⟩ πρῶτος Ἑβραίων ἀρχιερεὺς κατέστη.*
Anno DXIV Creta condita est et ibidem rex fuit Apteros[9]), qui ipse eam condidit.	FRM. 514. P. 515. H. 518.	513.	Sync. 296, 19. *Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἀπτέρας, ὃς καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν.*

1) 'in Aethiopia' Hieronymus aeque prave cum sequentibus coniungit, verba finem faciunt notae ad a. Abr. 490/1/2. (G.) 2) ܟܢܟܪܝܣ. 3) ܗܘ ܕܒܚܕ ܙܒܢܐ. 4) ܩܘܪܢܝܛܘܣ. 5) ܕܝܠܘܣ. 6) ܐܦܠܘܢ. 7) ܐܪܝܣܘܟܬܘܢ. 8) Dionysius notitias ad a. Abr. 508 et 510 prave contaminavit. (G). 9) ܐܦܛܪܘܣ.

	Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
	Anno DXXVI templum Delium conditum est ab Erisychthone, filio Cecropis.	ARM. 526. H. 528.	525.	Sync. 290, 3. τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος υἱοῦ Κέκροπος ἱδρύνθη.
p. 30.	Anno DXXVIII Apaphus[1]), filius Ionis et Iovis[2]), Memphim condidit, cum esset rex* utriusque Aegypti.	H. 529. RM. 528.	529.	Sync. 288, 13. Ἔπαφος Ἰοῦς [καὶ Διὸς] τῆς δευτέρας ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου καὶ Μέμφιν ἔκτισε.
	Anno DXXX Cadmea[3]) condita est a Cadmo[4]), filio Semelae.	H. 530.		
	Anno DXL Dardanus condidit Dardaniam.	H. 538. F. 539. AR. 540.	538.	Sync. 298, 10. Δάρδανος ἔκτισε Δαρδανίαν. Cyr. p. 11 A. ρκʹ ἔτει (= 545) Μωσέως Δάρδανος κτίζει Δαρδανίαν.[1])
	Hoc tempore vero rex Aegypti fuit Aegyptus, a quo terra Aegypti cognomen duxit.	R. 534. FM. 536. H. 537.	534.	Cyr. p. 11 A. (Ῥαμεσῆς) ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὸς καὶ Αἴγυπτος ὁ Δαναοῦ ἀδελφός.
	Anno DXLV Aaron sacerdos summus ex hoc mundo decessit ⟨et in monte Hor sepultus est⟩; et sacerdotium eius occupavit Eleasar filius eius.	H. 546.		Cyr. p. 11 B. τελευτήσαντος δηλονότι τοῦ Ἀαρὼν Ch. P. 141, 19 Ἑβραίων τὴν ἀρχιερωσύνην δεύτερος διεδέξατο Ἐλεάζαρος υἱὸς Ἀαρών.
	Anno DXLVI etiam Mose mortuus est ⟨et in monte Hor[5]) sepultus est⟩; et locum eius obtinuit Iosua filius Nun. ⟨Mortuus est autem CXX annos natus, e quibus XL annos populum duxit.⟩	H. 545.	545.	
	Hucusque quinque libri Mosis, qui res gestas annorum IIIMDCCXXX secundum LXX interpretum computationem[6]) enarrant.	H. 545.	545.	
	Hoc tempore autem Danaus bellum movit per L filias suas et interfecit L filios fratris sui Aegypti, excepto Lynceo[7]), qui post se regnum occupavit. Neque est dubitandum de multitudine filiorum apud barbaros propter multitudinem pellicium quas sibi asciscebant.	H. 550.	551.	Sync. 288, 3. ⟨ἔνυδρον τὸ Ἄργος κατεστήσατο ὁ Δαναὸς διὰ τῶν λεγομένων Δαναΐδων. αὗται δὲ ἦσαν αὐτῷ⟩ θυγατέρες νʹ, αἳ τοὺς νʹ υἱοὺς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Αἰγύπτου διεχρήσαντο χωρὶς ἑνὸς τοῦ Λυγκέως, ὃς καὶ ἐβασίλευσε μετ' αὐτόν. οὐκ ἄπιστον δὲ ἐν βαρβάροις ἡ πολυτεκνία διὰ τὸ πλῆθος τῶν παλλακῶν.
	⟨Atque anno DXLVII filii Israel Iordanem transgressi sunt et in regione filiorum terrae huius habitaverunt.⟩			
	Anno DLIII Iosua terram Palaestinensem inter filios Israelis secundum agellos distribuit.	H. 555.		
p. 31.	Anno DLXXII Iosua filius Nun* CX annos natus mortuus est ⟨et (in urbe)	H. 572.	572.	

1) ܐܦܘܦܝܘܣ Epopheus. 2) ܐܝܐ ܘܐܘܣ. 3) ܩܕܡܣ. 4) ܩܕܡܣ. 5) ܒܛܘܪܐ ܕܗܘܪ. Sic. lin. 8 scriptum est; sed videas Dt. 34, 1—6. 6) ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܫܒܥܝܢ. 7) ܠܘܢܩܘܣ.

1) addit Cyrillus: βασιλεύοντος Ἀσσυρίων Ἀμύντα, Ἀργείων δὲ Σθενέλου, Αἰγυπτίων Ῥαμεσῆ. Inde vides, erroneum esse S[tu] Cyrilli numerum, nam ultimus Stheneli annus est 542.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Thimnat-Serach quae ad montem Abarim (sita) est anno DLXXIII sepultus est.〉 〈Israel populus a gentibus oppressus est et serviebant illis VIII annos. Tum surrexit Othniel et liberavit eos.〉 〈[Hucusque liber] Iosuae filii Nun (pertinet) qui agit de viginti .... de rebus gestis et de distributione agrorum regni [filiorum] Israel.〉			
Anno DLXXVIII Eleasar summus sacerdos mortuus est et suscepit sacerdotium eius Pinehas filius eius.	H. 580.	578.	Cyr. p. 11 AB. ρξ' ἔτει (= 585) μετὰ Μωσέα ... διεδέξατο δὲ τὸ τηνικάδε τὴν παρ' Ἑβραίοις ἱερωσύνην Φινεὲ υἱὸς Ἐλεάζαρ υἱοῦ Ἀαρών. Chr.P. 144, 20. Ἑβραίων τὴν ἀρχιερωσύνην τρίτος διεδέξατο Φινεές.
Anno DLXXXI surrexit Othniel et liberavit populum suum et regnavit cum illis octo[1]) (annis), quibus gentes in eos dominabantur, XL annos.	H. 573 + 8 = 581.	573 + 8 = 581.	
Anno DXCII conditae sunt urbes Melos[2]) et Paphos[3]) et Thasos[4]) et Caliste[5]).	F. 589. H. 590. A. 591. PM. 592.		Sync. 299, 5. Μῆλος καὶ Θάσος καὶ Ἀλκισθὴ (γρ. Καλλίστη) ἐκτίσθησαν καὶ Πάφος. Cramer Anecd. Paris. II 190, 11. οἷς χρόνοις Μῆλος καὶ Θάσος καὶ Καλλίστη πόλεις κτίζονται.
Anno DXCIII Bithynia[6]) condita est a Phoenice[7]).	H. 593.		Sync. 299, 6. Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μαριανδυνὴ καλουμένη. Cramer Anecd. Paris. II 190, 12. ἐν οἷς καὶ Βιθυνία ὑπὸ Φοίνικος Μαριανδυνὴ πρὶν καλουμένη.
Anno DCXI in Sicilia[8]) Cadmea[9]) et Sida[10]) condita est.	F. 611. APM. 612. H. 613. R. 617.		Sync. 300, 1. Καδμεία ἐκτίσθη καὶ Σίδη ἐν Κιλικίᾳ.
Anno DCXII mortuus est Othniel et in illos dominabantur gentes XVIII annos et isti etiam cum Ehud (temporibus) coniunguntur.			
Anno DCXVII Achaia[11]) urbs ab Achaeo[12]) condita est.	PFM. 619. R. 620. H. 622.		Sync. 299, 20. Ἀχαΐα ὑπὸ Ἀχαιοῦ ἐκτίσθη.
Anno DCXXX Ehud filius Gerae surrexit et populum liberavit et regnavit LXXX annos cum illis octodecim, quibus gentes in illos dominabantur.	H. 612 + 18 = 630.	612 + 18 = 630.	

1) Vide supra lin. 3 T. syr. 2) ܡܝܠܘܣ. 3) ܦܦܘܣ. 4) ܬܐܣܘܣ. 5) ܩܠܝܣܛܐ 6) ܒܝܬܘܢܝܐ. 7) ܦܘܢܝܩܣ. 8) ܣܝܩܠܝܐ. 9) ܩܕܡܝܐ. 10) ܣܝܕܐ. 11) ܐܟܝܐ. 12) ܐܟܝܘܣ.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
p. 32. Anno DCLXX *Perseus[1]) magno cum exercitu contra Persas[2]) ad bellum (gerendum) profectus est.	H. 670.	670.	Sync. 305, 19. *Περσεὺς τὰς στρατείας ἐπετέλει καὶ ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε.* Cramer Anecd. Paris. II 190, 28. *παρ' Ἕλλησιν ἱστορεῖται Περσεύς, ὃς ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε.*
Anno DCLXXXII Cyrena[3]) urbs in Libya[4]) condita est.	F. 680. APRM. 681.	683.	Sync. 306, 7. *Κυρήνη ἐκτίσθη ἐν Λιβύῃ.* Cramer A. P. II 191, 5. *ἐν δὲ Λιβύῃ κτίζεται πόλις Κυρήνη.*
Anno DCXC Dionysios[5]) ad bellum (gerendum) profectus est contra Indos[6]), et urbem Nysam[7]) condidit ad Indum flumen.	F. 684. R. 686. APM. 687. H. 691.	689.	Sync. 306, 10. *Διόνυσος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐστράτευσε καὶ Νῦσαν πόλιν ἔκτισε πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ.*
Anno DCXCII Ehud mortuus est et gentes dominabantur in Hebraeorum populum XX annos. Atque etiam hae pugnaverunt cum Debora et Barak.	H. 692.	692.	
Anno DCCXI Ilium[8]) urbs ab Ilo condita est.	H. 709. R. 713.	709.	Sync. 305, 15. *Ἴλιον ὑπὸ Ἴλου ἐκτίσθη.*
Anno DCCXX templum Eleusinium[9]) aedificatum est.	H. 715. PR. 716.		Sync. 306, 15. *Ὁ ἐν Ἐλευσῖνι νεὼς ἐκτίσθη.*
⟨Eodemque anno[10]) fuit proelium Deborae et Baraci cum Sissera duce regis Ammonitarum[11]), Nabin[12]) ad montem Tabor. Et dominus confregit Sisseram coram Baraco.[13]) Et regnavit Barac XL annos cum illis Nabini.⟩			Cramer A. P. II 193, 29. *τὸν ἐν Ἐλευσῖνι ναὸν οἰκοδομῆσαί (γρ. οἰκοδομηθῆναί) φασι.*
Anno DCCXXXI Miletus urbs condita est.	H. 730. M. 731.	719.	Sync. 306, 14. *Μίλητος ἐκτίσθη πόλις.* ⟨Cramer A. P. II 193, 29. *Μίλητον ὑπὸ Μιλήτου αὐτόχθονος κτισθῆναί (φασι.)*⟩
Anno DCCXXXII mortua est Debora et Barac et dominabantur in populum Midianitae VII annos et pugnaverunt cum Gideone.	H. 732.	732.	
⟨Anno DCCXXXIX bellum Israelitis intulerunt Oreb et Seeb et Sebah et Zalmuna[14]) et omnes hi reges congregati sunt et consederunt in valle Iesreel cum	H. 732 + 7 = 739.	732 + 7 = 739.	

1) ܦܪܣܘܣ. 2) ܦܪܣܝܐ. 3) ܩܘܪܢܐ. 4) ܠܘܒܝܐ. 5) ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. 6) ܗܢܕܘܝܐ. 7) ܢܘܣܐ. 8) ܐܝܠܘܢ. 9) ܗܝܟܠܐ ܗܘ ܕܐܠܘܣܝܢܝܐ. 10) Cum Ehud a. 692 mortuus sit, Dionysius haud dubie a. DCCXII aedificatum esse templum Eleusinium scripsit, quod propius accedit ad numeros Hieronymianos. (G.) 11) ܡܠܟܐ ܕܒܢܝ ܥܡܘܢ; hac in re erravit Dionysius, nam Sissera fuit dux regis Canaanitorum. cf. Iud. 4, 2. 12) ܢܒܝܢ; sed in Hebraeo legitur יָבִין Iud. 4, 2 sqq. 13) ܘܬܒܪ ܡܪܝܐ ܠܣܝܣܪܐ ܩܕܡ ܒܪܩ cf. Iud. 4, 23 וַיַּכְנַע אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַהוּא אֵת יָבִין מֶלֶךְ כְּנָעַן לִפְנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. 14) cf. Iud. c. 7. 8.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
omnibus exercitibus suis. Et surrexit Gideon filius Ioae et trucidavit omnes acie gladii. Et regnavit in Israel XL (p. 33.) annos cum *illis VII (annis) Midianitarum.〉			
Anno DCCXLIV Tyrus urbs condita est, eodemque anno etiam Cyzicus[1]) urbs condita est.	H. 735. RM. 736. F. 737. AP. 739. (Tyrus.) A. 742. P. 745. MR. 746. (Cyzicus.)	745 (Tyrus). 740 (Cyzicus).	Cramer A. P. 194, 14. *Τύρος δὲ πόλις ἐκτίσθη πρὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ ὡς ἔτεσι σ' καὶ μ', ὡς ἱστορεῖ Ἰώσηπος ἐν γ' λόγῳ.* Chr. P. 148, 19. *Τύρος ἐκτίσθη πρὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ ἔτεσι τνά* (Euseb. *σμ'*). Chr. P. 148, 16. *Κύζικος* 〈*Ἑλλησπόντου καὶ Ἀσίας μητρόπολις ὑπὸ Κυζίκου*〉 *ἐκτίσθη* 〈*μετὰ λδ' ἔτη τοῦ τὸ Ἴλιον κτισθῆναι* (=711)〉. 〈Cramer A. P. 194, 9. *ἐν δὲ Ἀσίᾳ Κύζικος πόλις κτίζεται ὑπὸ Κυζίκου αὐτόχθονος, τοῦ καὶ τὸν τόπον διέποντος.*〉[1])
Anno DCCLXXII Gideon mortuus est et rex factus est Abimelech filius eius. 〈Anno DCC[2])III interfecit Abimelech LXX fratres suos.〉	H. 772.	772.	
Anno DCCLXXV 〈cum Abimelech Thebez oppugnaret, mulier fragmentum lapidis molaris[3]) in eum deiecit et eum interfecit et〉 mortuus est.	H. 775.	775.	
Et post eum surrexit Thola, filius Phuae et regnavit in Israel XXII annos.	H. 776.	776.	
Anno DCCXCVII Thola mortuus est et regnavit in Isra[el Iair XX]II annos.			
Anno DCCCII Carchedon[4]) [urbs condita est ab] Azuro[5]) et Carchedo[6]). 〈Hoc tempore autem Minos leges dedit.〉	F. 798. H. 803. R. 807.		Sync. 324, 2. *Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος κτισθῆναι ὑπὸ Ἀζώρου καὶ Καρχηδόνος τῶν Τυρίων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.*
Anno DCCCXVIII Iair mortuus est et regnavit Nefta[7]) VII annos. 〈Eodemque tempore Nefta bellum gessit contra Ammonitas et Moabitas et devicit eos ab Aroer usque ad intro-	H. 819.	819.	〈cfr. Sync. 308, 2. *Μίνως ἐθαλασσοκράτει καὶ Κρησὶν ὡς παρὰ Διὸς ἐνομοθέτει.*〉 〈Cramer A. P. 194, 18. *Μίνως ὁ Εὐρώπης ἐθαλασσοκράτει καὶ Κρήταις ἐνομοθέτει.*〉

1) ܩܘܙܝܩܘܣ. 2) certe deest numerus: „septuagesimo", quamvis non in codice MS. sit lacuna. 3) ܐܒܢܐ ܕܪܟܒܐ ܕܪܚܝܐ cf. Iud. 9, 53 אַחַת פֶּלַח רֶכֶב. 4) ܩܪܟܝܕܘܢ. 5) ܐܙܘܪ. 6) ܩܪܟܝܕܘܣ = Carchedus. 7) ܢܦܬܚ: in Hebraeo habetur: יִפְתָּח cf. supra p. 32 lin. 20. Nabin. Iabin.

1) *ὑπὸ Μιλήτου αὐτόχθονος* et *ὑπὸ Κυζίκου αὐτόχθονος* desunt in versione Hieronymi et Armenii; inde suspicor, eclogarium sua ex Dexippi chronicis deprompsisse.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
itum[1]) Machir[2]) viginti vicos[3]) et usque ad Abel Keramin clade maxima et filii Ammon fugerunt filios Israel.〉			
Anno DCCCXXV Nefta mortuus est et regnavit post eum Chesbon[4]) VII annos.	H. 825.	825.	
p. 34. 〈Hic habuit XXX filias et XXX *filios et XXX filias dedit foras et XXX nurus foris intulit (in domum suam).[5])〉			
Anno DCCCXXXII Ibzan[6]) mortuus et Bethlehem (in urbe) sepultus est.	H. 832.	832.	
Et post eum regnavit in Israel Elon Sebulonensis[7]) VIII annos.			
Diebus illius Ilion expugnata est ab Alexandro.[8])	H. 835.	835.	Chr.P. 152, 3. *Τρίτῳ ἔτει τοῦ Λαβδὼν τὸ Ἴλιον ἥλω.* Cyr. p. 11 C. *νδ' ἔτει μετὰ Μωσέα* (= 835) *πεπόρθηται τὸ Ἴλιον.*
Anno DCCCXL Elon[9]) mortuus est et est sepultus in urbe Elon[10]) et post eum regnavit in Israel Abdon X annos.	H. 840.	840.	
〈Hunc non affert Eusebius in chronico suo, et quamvis illum enumeret liber iudicum[11]), tamen eum omittit. Hic habuit XL filios et tres filias.〉			〈Sync. 65, 9. *ἔτι δὲ καὶ Ἀώδων τὸν κριτὴν οὐκ ἐστοιχείωσε κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη ι'. οἱ δὲ ο' ἑρμηνευταὶ ια' κριτὴν αὐτὸν ἔταξαν* ex Anniano.〉
〈Post eum Philistini in filios Israel dominati sunt XL annos et cum iudicibus pugnaverunt.〉			
〈Tunc Simson surrexit et regnavit in Israel XL annos.〉			
〈Eodem tempore innotuit Boas et Ruth.〉			
Anno DCCC(XL)V urbs Alubas[12]) condita est ab Ascanio, Aeneae filio.	F. 842. PMR. 843. H. 845.	844.	〈cfr. Cramer Anecd. Paris. II 222, 14. *ἐν τοῖσδε τοῖς ἔτεσιν Ἀσκάνιος ὁ Ἰταλίας βασιλεὺς . . . κτίζει πόλιν Ἀλβανίαν.*〉
Anno DCCCLX Simson mortuus est et post eum Eli sacerdos in Israel regnavit XL annos.	H. 860.	860.	
Anno DCCCLXXIII Amazones[13]) templum Ephesinum incenderunt.	H. 871.	873.	Sync. 334, 18. *Αὗται* (*Ἀμαζόνες*) *καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἱερὸν ἐνέπρησαν.*
〈Hoc tempore filii Israel Benjaminitas trucidaverunt.〉			
p. 35. Anno DCCC(..)IX *Samuel vaticinari coepit.	H. 901.		

1) ܡܨܦܝܐ cf. Iud. 11, 32 בֹּאֲךָ. 2) ܡܟܝܪ Machir: errore ita scriptum est; legimus Iud. l. c. מִנִּית. 3) ܥܣܪܝܢ ܩܘܪܝܐ in contextu hebr. עֶשְׂרִים עִיר. 4) ܚܫܒܘܢ, sed Iud. 12, 8 legitur: אִבְצָן. 5) cf. locum Iud. 12, 9. 6) hoc loco scriptum est ܐܚܣܢ cfr. not. 4. 7) cf. Iud. 12, 11. 8) ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ cf. ap. Sync. 320, 5. *Πόλυβος Ἄλκανδρος* (sic AB) *ἀνήρ.* 9) ܐܝܠܘܢ Iud. 12, 12 אֵילוֹן. 10) ܐܝܠܘܢ Iud. l. c. אַיָּלוֹן. 11) Iud. 12, 13—15. 12) ܐܠܒܘܣ. 13) ܐܡܐܙܘܢܣ.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Anno DCCCC Eli sacerdos mortuus est; eodemque anno Philistini filios Israel trucidaverunt et arcam Dei secum abstulerunt.	A. 899. PFMR. 900. H. 901.	900.	Cyr. P. 11 D. ξε' ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως (= 900) τετελεύτηκε μὲν ὁ ἱερεὺς Ἠλεὶ ... ἀλλόφυλοι δὲ τὴν κιβωτὸν εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἀπεκόμισαν, προφητεύοντος μὲν τοῦ μακαρίου Σαμουήλ.
Post Eli sacerdotem Samuel et Saul regnaverunt XL annos.	H. 901.	901.	
Hoc tempore vero Homerus[1]) sapiens floruit.	cfr. APF. 909. M. 912.	cfr. 915.	⟨Cramer A. P. II 227, 22. Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις καὶ Ὅμηρον τὸν ποιητὴν τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν ἐκθέσθαι.⟩
⟨Anno DCCCCXXX Saul trucidavit Amalecitas.⟩ ⟨Anno DCCCCXXXIII David unctus est.⟩ ⟨Anno DCCCCXXXVII Samuel mortuus est.⟩ ⟨Anno DCCCCXL bellum erat inter Philistinos et filios Israel, et filii Israel in fugam coniecti sunt a Philistinis atque etiam Saul et filii eius in proelio illo necati sunt, quod erat ad montem Gilboae.⟩			
Post eum primus rex fuit filiorum Israel, David, Isai filius, a gente Iuda oriundus, XL annos.	H. 941.	941.	
Illo tempore floruit Abjathar sacerdos summus et vaticinati sunt Gad et Nathan et Assaf.	H. 947. (Abjathar.) H. 948. (profetae.)	949.	Chr. P. 157, 14. Ἑβραίων ἀρχιερεὺς Ἀβιαθὰρ ἐγνωρίζετο. Chr. P. 157, 16. προεφήτευον Γὰδ, Νάθαν καὶ Ἀσάφ. Cramer A. P. II 228, 27. ἐφ οὗ (Δαβὶδ) προεφήτευον Γὰδ, Νάθαν, Ἀσάφ.
Anno DCCCCLXII Magnesia[2]) urbs in Asia condita est.	F. 961. H. 964. M. 965.	964.	Cramer A. P. II 228, 29. Μαγνησία δὲ πόλις κτίζεται.
Anno DCCCCLXV Cumae[3]) urbs in Italia condita est.	F. 965. APMR. 967.		Sync. 340, 13. Κύμη ἐκτίσθη ἐν Ἰταλίᾳ. Cramer l. c. 29. ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ Μυκήνη (κτίζεται).
Anno DCCCCLXVII Murina[4]) urbs condita est.	H. 970. PMR. 971.		Sync. 340, 11. Μυρίνα ⟨ἡ παρά τισι Σμύρνα λεγομένη⟩ ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ.
Anno DCCCCLXVIII Ephesus urbs ab Androcono[5]) condita est.	F. 968. H. 972.		Sync. 340, 12. Ἔφεσος ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ ὑπὸ Ἀνδρονίκου.
Anno DCCCCLXXI Carchedon urbs a Didone Carchedi[6]) filia condita est.	F. 971. H. 974. M. 973.	978.	Sync. 340, 14. Καρχηδὼν ἐπεκτίσθη ὑπὸ Καρχηδόνος τοῦ Τυρίου, ὡς δ' ἄλλοι ὑπὸ Διδοῦς τῆς ἐκείνου θυγατρὸς μετὰ τὰ Τρωικὰ ἔτεσιν ρλγ'· ἐκαλεῖτο

1) ܗܘܡܝܪܘܣ. 2) ܡܓܢܣܝܐ. 3) ܩܘܡܐ. 4) ܡܘܪܝܢܐ. 5) ܐܢܕܪܘܩܘܢܘܣ. 6) ܩܪܟܕܘܣ.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
			δὲ πρὸ τούτου Ὀριγῴ. Cramer A. P. II 228, 30. *τότε καὶ Χαλκηδὼν πόλις κτίζεται ὑπὸ Χαλκηδόνος τοῦ Τυρίου τὸ πρὶν καλουμένη Ὠριγώ ὕστερον τῶν Τρωικῶν ὡς ἔτεσί που ρμ΄.*
p. 36. Anno DCCCCLXXX David *rex mortuus est et regnavit post eum Salomon filius eius XL annos.	H. 980.	980.	
Anno DCCCCLXXXI Samos urbs condita est.		981.	
⟨[Hucusque pertinent] libri Iosuae filii Nun et iudicum et Samuelis⟩, [qui ea enarrant] quae annis CCCCLXX evenerunt. Ab Adamo usque ad cataclysmum sunt IIMCCXLII anni, et a cataclysmo usque ad Mosen sunt MCCCCXLVII anni, et a Mose usque ad templi aedificationem sunt CCCCLXXX anni secundum Iudaeorum supputationem. Summa horum omnium sunt IVMCLXX anni.	H. 984. H. CCCCLXXX. H. 985. H. ĪĪCCXLII. H. MCCCCXLVII H. CCCCLXXX. H. ĪĪĪĪCXVIII P[2] ĪĪĪĪCLXX.	988. CCCCLXXX.	
Anno DCCCCLXXXIV Salomo coepit templum Hierosolymitanum aedificare.	H. 984.	984.	
⟨Anno DCCCCXC templi aedificatio ad finem perducta est.⟩			
Hoc tempore Zadoc sacerdos floruit; vaticinati sunt vero Zadoc et Ahia Silonites.	H. 994. M. 997. ARP. 998. H. 1000.	997. 996.	Sync. 342, 11. *Ἑβραίων ἀρχιερεὺς η΄ ἀπὸ Ἀαρὼν Σαδὼκ ἐγνωρίζετο κατὰ τὸν Εὐσέβιον.* Ch. P. 169, 4. *προεφήτευε Σαδὼκ, Νάθαν καὶ Ἀχίας Σιλωνίτης καὶ Σαμαίας ⟨υἱὸς Ἐμβλὰς καὶ ὁ Ἀδόχ.⟩* Sync. 342, 1. *ἐπ' αὐτοῦ προεφήτευον Νάθαν καὶ Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης Σαμμαίας τε ⟨καὶ Ἀδδὼ⟩ καὶ Σαδώκ.*
Anno MXX Salomo mortuus est et post eum regnavit Rehabeam XVII annos. Inde ab hoc tempore Israelitae se inter duos reges diviserunt. Rehabeam factus est rex duarum tribuum: Iudae et Benjamin, qua de causa etiam nomine Iudaeorum omnes Israelitas adpellabant. Ierobeam rex decem tribuum factus est. ⟨Hic vituli simulacrum posuit et Israel ad peccandum illexit.⟩ ⟨Vaticinati sunt autem eo tempore Ahia et Semaja Iudaeus.⟩	H. 1020.	1020.	Chr. P. 170, 16. *μετὰ τελευτὴν Σολομῶνος στασιάσαντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τῆς βασιλείας αὐτῶν διαιρεθείσης, ἐν Σαμαρείᾳ δέκα φυλῶν ἡγεῖται τοῦ Ἰσραὴλ Ἱεροβοὰμ .... Ἰούδα δέ καὶ Βενιαμὶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλεύει Ῥοβοὰμ υἱὸς Σολομῶντος, αἷς ἐπώνυμον Ἰουδαία διὰ τὸ ἐκ φυλῆς Ἰούδα κρατεῖν τοὺς βασιλεῖς· ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔθνος τὴν τῶν Ἰουδαίων εἴληφεν ἐπωνυμίαν.*

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Anno MXXX urbs Samos condita est p. 37. et Smyrna[1]) condita est* anno MXXXIV.	H. 1031. M. 1030. R. 1032.		⟨Ch. P. 171, 11. *προφητεύει Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης καὶ Σαμαίας, υἱὸς Βαλαμεί.*⟩
⟨Vaticinati sunt autem (tunc illi duo profetae, quorum) alter in urbe Bethel habitabat, alter de ara[2]) (verba fecit).⟩			⟨Ch. P. 173, 19. *προεφήτευσεν ὁ ἐν Βεθὴλ οἰκῶν καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου.* Sync. 354, 1. *προεφήτευον ὁ οἰκῶν ἐν Βαιθὴλ καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου.*⟩
Anno MXXXVII Rehabeam mortuus est et Abia filius eius regnavit post eum III annos.	H. 1037.		
Anno MXL Abia mortuus est et Asa filius eius post eum regnavit XLI annos.	H. 1040.		
Anno MXXVII ascendit Sisak[3]) ⟨*rex Aegypti contra Ierusalem et totum thesaurum templi in Moria et totum thesaurum regni Davidici et Salomonici secum duxit et in Aegyptum detulit⟩.	M. 1028. P. 1029. H. 1030.		Sync. 350, 19. *ἀνέβη Σουσακεὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ ἔλαβε πάντας τοὺς θησαυροὺς οἴκου κυρίου ⟨καὶ τοὺς θησαυροὺς οἴκου τοῦ βασιλέως καὶ πάντα τὰ ὅπλα τὰ χρυσᾶ⟩.* Chr. P. 173, 9. *Σουσακὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτου... ἀναβὰς εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐσύλησε τὸν ναὸν, ⟨λαβὼν τοὺς ἐν αὐτῷ θησαυροὺς καὶ τοὺς θησαυροὺς Ῥοβοὰμ καὶ τὰ δόρατα τὰ χρυσᾶ... καὶ τὰ ὅπλα τὰ χρυσᾶ ἃ ἐποίησε Σολομῶν.*⟩
⟨Anno MXLVII Serach Aethiops ascendit et Libyes secum duxit et castra metati sunt contra Iudaeos et rex Asa contra eos profectus est et persequutus est illos et trucidavit eos acie gladii in valle Gader[4]); et ii, qui e clade evaserant, in mari mergebantur.⟩			⟨Ch. P. 176, 10. *Ζαρὰθ ὁ Αἰθίοψ συμπαραλαβὼν Λίβυας ἐπεστράτευσεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ.. ἐξελθὼν δὲ Ἀσᾶ ἐτροπώσατο αὐτὸν ἐν Γεράροις.*⟩
⟨Hoc tempore vero Ioel, filius Iddonis[5]) vaticinatus est.⟩			
⟨Anno MLXIII bellum erat domus Asae regis Iudae cum Baesa rege Israelis, et secum duxit[6]) etiam Hadadum, Syriae regem.⟩			⟨Ch. P. 177, 1. *Ἀσᾶ βασιλεὺς Ἰούδα πολεμούμενος ὑπὸ Βαασὰ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐμισθώσατο εἰς βοήθειαν τὸν υἱὸν Ἄδερ βασιλέως Συρίας.*⟩
⟨Hoc tempore vaticinati sunt Iehu et Hanani.⟩			⟨Ch. P. 177, 6. *προεφήτευσεν Ἰηοῦ.* 8. *προεφήτευσεν Ἀνανίας.*⟩
p. 38. Anno *MLXXXI Asa mortuus est et Iosaphat filius eius regnavit post eum XXV annos.	H. 1081.		

1) ܙܡܘܪܢܐ; cf. quae supra ad p. 35 lin. 16 T. S. dicta sunt. 2) Spectat auctor duos illos profetas, quorum nomina non scripta sunt in libro Regum, quum I Reg. 13, 1 alter tantum „vir dei de Iuda" adpelletur, qui, quod de ara in Bethel vaticinium edidit (v. 2. 3), ab auctore nostro breviter ܗܘ ܕܥܠ ܡܕܒܚܐ nominatur. De altero profeta autem 1 Reg. 13, 11 tantummodo dicitur: „propheta quidam senex habitabat in Bethel"; itaque hunc vocat auctor noster: ܗܘ ܕܝܬܒ ܒܒܝܬ ܐܝܠ. 3) ܫܘܫܩ in V. T. שִׁישַׁק. 4) ܓܕܪ, sed II Chron. 14, 13 scriptum est גְּרָר. 5) ܝܘܐܝܠ ܒܪ ܥܕܘ. Erravit auctor: Ioel enim erat filius Pethuelis cf. Io. 1, 1.; fortasse cogitavit de Ioach, filio Iddonis 1 Chr. 6, 6. 6) sc. Asa 1 Reg. 15, 18—20.

Dionysius	a. Hieron.	a. vers. Arm.	Eusebius
Hoc tempore vaticinati sunt Elia et Obadja et Iehu[1]) et Micha et Usiel[2]) et profetae falsi Zedekia[3]) et Elieser[4]), ⟨et reliqui ceterorum CCCC.⟩	H. 1086.		Sync. 351, 22. προεφήτευον παρ' Ἑβραίοις Ἡλίας, Ἰηοῦ, Ἀβδιού, Ὀζιὴλ, Μιχαίας. ψευδοπροφῆται δὲ Σεδεκίας, Ἐλιέζερ ⟨καὶ ἕτεροι⟩. Ch. P. 178, 13. προεφήτευον Ἡλεὶ, Ἀβδιοῦ, Ὀζιὴλ, Ἰηοῦ, Μιχαίας. 15. ψευδοπροφῆται Σεδεκίας, Ἐλιέζερ ⟨καὶ ἄλλοι υ'⟩.
⟨Anno MXC siccitas Eliae erat per tres annos et sex menses.⟩			⟨Ch. P. 178, 17. Ἀνομβρία γέγονεν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐπὶ ἔτη γ' καὶ μῆνας ς'.⟩
Anno MCVI Iosaphat mortuus est et regnavit post eum Ioram filius eius VIII annos.	H. 1106.		
Vaticinati sunt hoc tempore ⟨Esriel[5]) et Elieser⟩ et Elia et Elisa.	H. 1108.	1100.	⟨Ch. P. 179, 2. προεφήτευεν Ἰεζεκιὴλ ὁ τοῦ Ἐλιέζερ.⟩ Cyr. p. 12 A. σξη' ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως προεφήτευον Ἡλίας καὶ Ἐλισσαῖος.
Anno MCXIII Elia in coelum abreptus est.	H. 1113. FM. 1114.	1113.	Sync. 352, 10. Ἡλίας ὁ Θεσβίτης ἀνελήφθη = Cramer A. P. II 230, 7. Ch. P. 179, 19. Ἡλίας ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν.
Anno MCXV Ioram mortuus est et Ahasja filius eius regnavit post eum per unum annum.	H. 1114.	1114.	
